

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Concupiscencia d
cum fonte primo

Caro, cum concupiscitur,
pensetur quid sit exanimis
et intelligitur quid amatur.
Nil quippe sic ad edomandum desideriorum
carnalium appetitum ualet
quam ut quisque hoc quod uiuum diligit
quale sit mortuum penset.

Gregorius libro XVI. moralium.

Caro itaque cum concupiscitur,
pensetur quid sit exanimis
et intellegitur quid amatur.
Nil quippe sic ad edomandum desideriorum
carnalium appetitum ualet,
quam ut unusquisque hoc quod uiuum diligit,
quale sit mortuum penset.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 16.69
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.848, ll.18-22).